FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Eidem, Patavium. Epist. XX.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198567

Visual Library

præterea multos poſſem: ſed in certa ratio eſt: & illi duo excellunt? Occurrit illud: Ad ignotos, non facillima ὑπόθεσις. Aliis, fateor: te qvidem ab hac difficultate vindicat ubertas ingenii tui. Alterum eſt: Ambitionis, aut etiam levitatis cavenda ſuſpicio. Locus omnino aliqvis calumniæ dabitur: ſed omnia ne curanda? nimis miſera conditio. Valeant iniqvi: rectè ſentientes probabunt: nec nos ii ſumus, qvi à multitudinis depravato judicio pendere debeamus. Vale.

Reſpondet Muretus Volum. II. Epiſt. 6. Qvod igitur.

EIDEM, PATAVIUM.

EPIST. XX.

Legitur & inter Epiſtolas Mureti Volum. I. lib. II. Epiſt. 21. & ipſi reſpondet lib. I. Epiſt. 9. De Propertio.

Laudat in Mureto ingenii δεξιότητα, atqve ea nomine cùm ipſi gratulatur, tùm etiam Italiæ, cui novum decus acceſſurum ſit, ipſo in ea ſedem locante.

Mihi verò, ita vivam, etiam atqve etiam probatur. Et, cùm in qvovis genere magnus omnino ſis, in hoc maximè videris excellere. Planè (ut omittam reliqva) ingenii tui qvaſi qvandam δεξιότητα ſum admiratus! Ita concinnè, ita aptè, facili qvodam ſententiarum nexu rem ducis, donec ad ipſum pervenias: in qvo te, ubi ſcis hærere multos, circa omnem adulandi ſuſpicionem, ſummâ explicas cum dignitate. Gratulor tibi de iſta facultate, & eò magis, qvòd, ſi locis impertitur gloria, novum decus accedet ad Italiam noſtram: